

### 3 Edition der Predigt Nr. 236 (= 91)\*

Nach Paris, BNF, lat. 18172, fol. 29r–34r = P<sup>1</sup>.

Editorische Tilgungen von offensichtlich falsch gesetzten Buchstaben oder Wörtern werden mit { } wiedergegeben, Ergänzungen mit < >.

In festo omnium Sanctorum sermo.

§ 1 *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabahot, pleni sunt celi et terra gloria tua, osanna in excelsis*<sup>2</sup>. Ista uerba proclamat ordo sacer angelorum in celis. Ista uerba proclamat chorus fidelium in ecclesiis, sed qua fronte, qua inprudencia enarrat hec uerba peccator in scolis, cum sciat esse scrip-(29v)tum qua *peccatori dixit Deus quare tu enarras* etc.<sup>3</sup> Fateor et uerum est hoc mihi dictum esse et simili peccatori. Si quis tamen mihi in peccando similis est, tamen a Deo. Deus summe bonus<sup>4</sup> est, ut malos non permitteret, nisi malos esse bonum esset, et permittit<sup>5</sup> malos principes esse in terris et malos prelatos esse in ecclesiis, ad probatione bonorum, ut teste propheta *emineant qui probati sunt*<sup>6</sup>. Permittit quoque angelos homines docere in scolis ad utilitatem et instructionem

1 Zur Handschrift siehe Kap. 4.2.2.

2 Vgl. *Jes 6,1–3*: In anno quo mortuus est rex Ozias vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum et ea quae sub eo erant implebant templum. Seraphin stabant super illud sex alae uni et sex alae alteri duabus velabant faciem eius et duabus velabant pedes eius et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum et dicebant sanctus sanctus sanctus Dominus exercituum plena est omnis terra gloria eius *und das darauf aufbauende liturgische Sanctus: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sabahot. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Zur liturgischen Funktion des Sanctus als Abschluss der Präfation vgl. MESSNER, Art. »Sanctus«. Ferner JUNG MANN, Missarum sollemnia, S. 156–167, der auch auf die Abweichung von liturgischem Text und Vulgata-Text eingeht.*

3 *Ps 49(50),16*

4 bonus] Mit roter Tinte über der Zeile korrigiert aus bonum

5 permittit] -titit auf Rasur

6 Vermutlich bezieht Alain sich hier auf *Ps 67(68),31–32*, der in Augustinus' *Psalmenkommentar* mit *1 Kor 11,19*: nam oportet et hereses esse ut et qui probati sunt manifesti fiant

simplicium, licet unus de illis sim non despero, sed uenit mihi in solatium summa Dei misericordia que ait prophetans<sup>7</sup>: *Ex Basan convertam in profundum*<sup>8</sup> et que etiam ait *Memor ero Rahab et Babilonis scientium me*<sup>9</sup>, que etiam miserta<sup>10</sup> est in momento latronis confitentis dicens: *Hodie tecum eris in paradiso*<sup>11</sup>. Igitur ego inferior Raab et illo latrone, de abyssu peccatorum tanquam de carcere et de profundis peccatis cum tremore corporis et tremore animi presumo clamare: *Sanctus sanctus sanctus. Dominus Deus Sabahot* etc.

§ 2 Sed ad quos clamo et ad quem et quid clamo et ad quid? Ad tres clamo et ad unum, qui conueniunt nomine, sed differunt notatione. Primus est sanctus sanctificans alium, nec ab alio sanctificans nec ab alio sanctificatus. Secundus est sanctus sanctificans alium et ab alio sanctificans et ab alio sanctificatus. Tercius est sanctificans alium et ab alio sanctificans, sed non ab alio sanctificatus. Differunt etiam, quia in primo est iubar, in secundo splendor, in tercio flamma. Differt autem iubar a splendore et splendor a flamma. Iubar enim est, ut ait Isidorus, uis ignea, quam pre sui fulgore ferre non potest humanus intuitus. Splendor uero est resultatio ignis in obiecta re. Flamma uero ignis aeri permixtus uel aer ignitus. Iubar ergo, cum sit in se inuisibile, uidetur tamen in splendore, et in flamma est sensibile. In primo est iubar. Pater<sup>12</sup> enim iubar eternum. In secundo est splendor. Filius enim est splendor et figura substantie Patris<sup>13</sup>. In tercio flamma Spiritus enim sanctus est ignis ab utroque missus. Primus, id est Pater, et est sanctus sanc-

in vobis verbunden wird. Vgl. AUGUSTINUS, *Enarrationes in psalmos*, psalmus 67, 39, S. 896: De his est etiam quod adiungit: Congregatio taurorum inter uaccas populorum, ut excludantur ii qui probati sunt argento. Tauros uocans, propter superbiam durae indomitae que ceruicis; significat enim haereticos. [...] Quod autem ait idem apostolus: Oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant in uobis, hoc etiam hic sequitur: Vt excludantur ii qui probati sunt argento, id est, qui probati sunt eloquiis domini.

7 prophetans] prophetam P

8 Ps 67(68),23

9 Ps 86(87),4

10 que etiam miserta] *Auf Rasur steht* Quis etiam misertus, *doch geht aus der vorherigen Struktur hervor, dass die summa Dei misericordia das Subjekt ist, zu der die wörtliche Rede gehört. Es ist daher anzunehmen, dass der Text unter der Rasur wie die obige Emendation lautet.*

11 Lk 23,43

12 Pater] Aiter P, *vermutlich wurde die P-Majukel der Vorlage als Ai gelesen.*

13 Vgl. *Hebr 1,1*: Multifariam et multis modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio quem constituit heredem universorum per quem fecit et saecula, qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius portansque omnia verbo virtutis suae purificationem peccatorum faciens sedit ad dexteram Maiestatis in excelsis. *Siehe auch Predigt Nr. 87 (= 75)*: Et cum igni naturale sit splendere, non contingit ignem esse et non lucere; et sic pater et filius coeterni, nec contingit patrem esse et non filium generare, immo pater filium eternaliter generat. Et sicut non aliunde splendor sub-

tifi-(30r)cans alium, quia ut ait Iacobus: *Omnis sanctitas, omne donum descendens a patre luminum*<sup>14</sup>, sed nec ab alio est sanctificans nec ab alio sanctificatus. Pater enim nec ab alio est nec ab alio aliquid habet. Secundus, id est Filius, est sanctus sanctificans alium et ab alio, id est a Patre, est sanctus sanctificans; quicquid enim est uel habet, hoc est et habet a Patre et a Patre est sanctificatus, *unctus oleo leticie pre consortibus suis*<sup>15</sup>, scilicet humanam naturam. Tercius, id est Spiritus sanctus, est sanctus sanctificans alium, sed hoc habet ab alio, quia a Patre et a Filio, sed nec est sanctificatus ab alio tanquam de nouo. Primus, id est Pater, est iubar eternum; sicut enim iubar pre fulgore sui non uidetur in se, sed in splendore, sic persona Patris pre sui altitudine et pro nostra infirmitate in se non est uisibilis, sed uisa est in imagine; sicut enim facies spectantis resultat in speculo, sic persona Patris uidetur in Filio, qui est Patris imago, et sicut homo cognoscitur in facie, sic Pater in Filii imagine, sicut ipse Filius testatur dicens *Philippe, qui me uidet uidet et patrem meum*<sup>16</sup>. Vnde Filius dicitur splendor et figura substantie Patris. Tercius, id est Spiritus sanctus, dicitur flamma, cum humano spiritu infunditur et eum<sup>17</sup> accendit, sicut ignis dicitur {cum} flamma cum permiscetur aeri. Ista flamma est ignis ille<sup>18</sup> de quo dicitur : *Ut quid ueni ignem mittere in terram nisi ut ardeat?*<sup>19</sup> Et sicut non sentitur in se, sed in flamma est sensibile, sic et Pater et Filius, cum cordibus humanis infunditur, dictus ignis cordibus humanis est sensibilis.

§ 3 Ad hos igitur tres, qui nomine conueniunt et notatione<sup>20</sup> differunt, clamo et utinam dicto igne accensus clamarem: *Sanctus, sanctus, sanctus*. Ad

sistit et ignis, sic nec alia substantia patris et filii, licet alia persona. Prodiit ergo filius ex patre tanquam splendor ex igne, immo ex ore altissimi, idest ex uultu ut figura (*auch ediert in SIMON VON TOURNAI, Les »Disputationes«, S. 305. Außerdem Nr. 78 (= 66), zit. nach Toulouse, BM, 195, fol. 97r*: Pater autem spiritualiter dicitur lux, filius splendor, spiritus sanctus flamma. Ideo autem pater dicitur lux, quia lucet a se ipso, non ab alio, et quia ab eo lucet lux illuminans, id est filius, et lux inflammans, Spiritus Sanctus, et lux illuminata, id est homo iustus. Pater ergo lucet in filio, filius splendet in patre suo. Splendor a luce procedit, splendor luci similis fit, se luci tempore coequat, illuminat, declarat. Sic filius procedit a patre eiusdem <...> substantie, coeuius ei eternitate, illuminat hominem, declarat patrem. Splendor iste, id est filius, ab alio splendet, in alio splendet, pro alio splendet. Ab alio splendet, quia a patre splendet, in alio, quia in humana natur<a> [korr. aus -e] splendet, pro alio, quia pro nostra salute.

14 *Jak 1,17*

15 *Ps 44(45),8*

16 *Joh 14,9*

17 eum] cum P

18 ille] -e auf Rasur

19 *Lk 12,49*

20 notatione] natatione P.

tres clamo, tamen ad unum, tres enim sunt unus deus indiuisibilis nature, sed quid clamo ad tres et ad unum? Hii sunt et ille unus est Deus Sabahot, id est exercituum pluraliter, non exercitus singulariter<sup>21</sup>. Sunt enim tres exercitus. Primus militans, seceundus triumphans, tercius stipendia expectans<sup>22</sup>. Militans stat in terris, triumphans triumphat in celis, stipendia expectans expectat in purgatoriiis. Militans hodierna sollempnitate omnium Sanctorum (30v) militat et congaudet triumphanti, cum fiet memoria fidelium defunctorum, conpatietur<sup>23</sup> stipendia expectanti, ut ergo militans digne congaudeat, digne militet.

§ 4 Militet ergo athleta<sup>24</sup> Christi<sup>25</sup>: intra se militet, extra se militet, ante se militet, post se militet, infra se militet, et tandem militet supra se. Militandum est athlete Christi intra se, sentit enim intra se rebellionem inter<sup>26</sup> spiritum et carnem, cum ergo infestatur a carne tanquam ab hoste. In hoc certamine munitur athleta<sup>27</sup> Christi duobus modis: fuga et negotio. Fuga quandoque est militandum. Dicuntur enim esse milites ut Parthi, qui melius uincunt fugiendo quam fugando<sup>28</sup>. In certamine ergo contra carnem fugiat miles Christi obsequens consilio Apostoli dicentis: *fugite fornicationem*<sup>29</sup>, et interpres addit: *locum, tempus et oportunitatem*. Negotio quoque militet athleta Christi contra

21 Vgl. HIERONYMUS, *Liber interpretationis*, S. 122: Sabaoth exercituum siue uirtutum uel militiarum.

22 Siehe dazu [Kap. 6.2](#). Am Rand: Nota de tribus exercitibus

23 conpatietur] cum pacietur P

24 athleta] alletha P

25 Vgl. auch ALAIN VON LILLE, *Super orationem dominicam*, S. 171: Nos ergo non petimus non temptari sed tanquam athlete Christi talem uolumus temptationem quam ferre possit humana conditio.

26 inter] korrigiert aus et P

27 athleta] alletha P

28 Auch in der »Ars praedicandi« sowie in den Predigten Nr. 75 (= 63) und 9 verwendetes Gleichnis. Für die »Ars praedicandi« siehe ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 5, Sp. 122: More Parthorum ineunda est pugna contra luxuriam: ut sicuti Parthi fugiendo fugant, terga vertendo superant; sic fugiendo fuganda est luxuria, et recedendo caedenda; für Nr. 75 (= 63) siehe Toulouse, BM, 195, fol. 114r: Contra carnem temperantia refrenando motus illicitos. In primo bello debemus pugnare ut strenui milites, in secundo ut strenui viatores, in tercio tamquam legitimi cives, in quarto tamquam Parthi fugientes. [...] In quarto bello tamquam Parthi fugientes, sicut enim Parthus fugiendo vincit, sic hoc fugiendo concupiscentiam eam deicit. Fugat fugiendo, cedit cedendo. Zu Nr. 9 vgl. D'ALVERNY, *Alain de Lille. Textes inédits*, S. 267. Das Bild geht wohl auf die Beschreibung einer Kampfeskunst bei Plutarch zurück. Siehe dazu HARTMANN, *Das Bild der Parther bei Plutarch*, S. 435: »Plutarch beschreibt auch zwei wichtige Taktiken der parthischen Reiterei: ihre scheinbare Flucht, aus der heraus sie sich plötzlich wieder dem Gegner zuwandte, sowie die Einkesselung des Gegners, der dann mit Pfeilen beschossen wurde«.

29 1 Kor 6,18

carnem. Huic enim morbo negocium dat remedium, quod probat etiam gentilis poeta dicens: *Ocia si tollas periere cupidinis arcus*. Respondens Ieronymus {quoque}<sup>30</sup>: *Fac aliquid ne diabolus inueniat te otiosum*<sup>31</sup>.

§ 5 Militandum est quoque {contra} athlete Christi extra se, aduersus contumelias uerbis et iniuriis factis. Cum ergo infestatur hiis hostibus, muniatur athleta Christi hiis duobus: silentio et obsequio. Sileat ergo ad obiectas contumelias, et contumeliosus<sup>32</sup> uel indignabitur sibi non responderi et ex indignatione in se frendens cessabit a contumeliis, uel leuitate silentis prouocatus a contumeliis desistet<sup>33</sup> penitens. Sileat ergo athleta Christi. In hoc certamine illum imitetur qui obticuit<sup>34</sup> tanquam *ouis coram tondente se*<sup>35</sup>. Infestatur miles Christi ab iniuriis: pro illatis iniuriis rependat obsequium, et iniuriosus obsequiis prouocatus uel illatas iniurias emendabit<sup>36</sup>, uel saltem ab iniuriis desistet<sup>37</sup>. Rependat igitur obsequium pro iniuria miles Christi, sequens consilium dicentis: *Si benefeceritis hiis qui uos diligunt que uobis retributio? Hoc et ethnici*<sup>38</sup> *faciunt, sed benefacite hiis qui oderunt uos*<sup>39</sup>.

§ 6 Militandum est quoque athlete Christi ante se. Habet enim bellum ante se, (31r) cum trahitur ambitione temporalis honoris. Cum ergo infestatur hac peste, ueniant militi Christi in suffragium humani casus consideratio et prelationum euacuatio. Si enim consideret quam subitus est casus humanus, minus ambiet et si recordetur<sup>40</sup> illius uerbi Apostoli: *Omnis prelatio euacuabi-*

30 Vermutlich eine Dopplung des darunter stehenden quoque in § 5.

31 *Ov., rem., 139 und HIERONYMUS, Epistulae, epist. CXXV, 11, S. 130: Fac et aliquid operis, ut semper te diabolus inueniat occupatum. Siehe auch ALAIN VON LILLE, Ars praedicandi, 36, Sp. 180: Amorigraphus ait: Otia si tollas, periere Cupidinis arcus. Si legis, effugit otium, diabolus te inuenit occupatum. Vgl. außerdem PETRUS CANTOR, Verbum abbreviatum (textus alter), I, 79, S. 552: Et item, »Ocia si tollas, periere Cupidinis archus«. »Cedit amor rebus; res age, tutus eris«. Semper aliquid age, ne diabolus te inueniat ociosum.*

32 contumeliosus] contumeliosa P

33 desistet] auf Rasur

34 obticuit] auf Rasur

35 Jes 53,7

36 emendabit] auf Rasur

37 desistet] auf Rasur

38 ethnici] ennici P

39 Vgl. Lk 6,32–33: et si diligitis eos qui uos diligunt quae uobis est gratia nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciunt quae uobis est gratia siquidem et peccatores hoc faciunt und Mt 5, 46–47: si enim diligatis eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis nonne et publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres vestros tantum quid amplius facitis nonne et ethnici hoc faciunt.

40 recordetur] o auf Rasur, r über der Zeile

*tur*<sup>41</sup>, ambitione minus torquebitur. Militandum est ergo athlete Christi post se, quando torquetur iaculo rei amisse. In hoc bello sit ei solatium sententia Iob dicentis: *Dominus dedit, Dominus abstulit sicut placuit Deus iam factum est*<sup>42</sup>.

§ 7 Militandum est quoque athlete Christi a dextris, quando superbit et extollitur prosperis, ut genere, scientia, etate, forma, opum copia. Si genere extollatur et superbiat miles Christi, recordetur quod *omne hominum genus simili consurgit ab ortu* et quia seruitutem non introduxit natura, sed fortuna<sup>43</sup>. Si uero extollatur scientia cum philosophis gentium dicentibus: *Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est*, audiat et timeat quid subditur quia *destruet dominus linguam magniloquam*<sup>44</sup> et illud Apostoli: *Tradidit enim Deus in sensum reprobum ut faciant que non conueniunt*<sup>45</sup>. Si uero extollitur etate quia adolescens est uel iuuenis, recordetur quia *labitur occulte fallitque uolatilis etas*<sup>46</sup>. Si uero superbit forma *memor sit quia forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos fit minor et spacio carpitur ipsa suo*<sup>47</sup>. Si uero superbiat opum copia, occurrat ei iam quod *nudus exiuit de utero matris et nudus ad terram reuertetur*<sup>48</sup>.

41 1 Kor 15,24

42 Ijob 1,21

43 Boeth., *De consolatione philosophiae*, III, 6, 1. Vgl. ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 3, Sp. 117: Si genus jactas, memorare novissima cuiusque generis, quomodo: Omne genus hominum simili consurgit ab ortu. Quoniam una omnium nascendi conditio, una moriendi conclusio; quoniam melior est nobilitas facta quam nata; quia illa generalior, haec generosior. Siehe auch [Anhang 2](#).

44 Ps 11(12),4

45 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 10, Sp. 132 [contra superbiam]: Si litteratus est, non intonet cum Phariseo: Labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est *und ibid.*, 3: Si jactas sapientiam, audi quid dicat Dominus per Isaiam: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo (Isa. XXIX; I Cor. I). Et alibi: Sapientia hujus mundi, stultitia est apud Deum (I Cor. III). Considera quomodo scientia inflat, charitas aedificat (I Cor. VIII). Quomodo philosophi per ea quae facta sunt, invisibilia Dei comprehenderunt, sed quoniam in cogitationibus suis evanuerunt, traditi sunt in reprobum sensum (Rom. I). Dazu auch [Anhang 2](#).

46 *Ov., met.*, X, 519

47 *Ov., ars*, II, 8, 2. Vgl. ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 3, Sp. 117: O homo, memorare novissima pulchritudinis tuae, quomodo omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni (Isa. XL); quia, Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo. Siehe auch [Anhang 2](#).

48 reuertetur] *korrigiert aus reuertitur, i expungiert, darüber e P.* Vgl. ALAIN VON LILLE, *Ars praedicandi*, 3, Sp. 117: Si divitias jactas, et voluptates terrenas, considera quod potius insidiae sint quam amicitiae, ad quas potius debes esse suspensus et timidus, quam secu-

§ 8 Militandum est ergo athlete Christi a sinistris, quando infestatur aduersis ut egritudine corporis. In hoc certamine necessaria est paciencia ut, si pacienter ferat que alias esset ei ad torsionem et supplicium, uertetur ei in purificationem et martirium. Militandum est athlete Christi etiam infra se, quando illectus est nimio amore rerum possessarum. Cum hac peste infestatur Christi miles, sciat quia uiri diuiciarum nichil inuenient in manibus, ad instar sompniantis se inuenisse thesaurum, qui excitatur manus inuenit uacuas.

§ 9 Hiis omnibus pestibus (31v) tanquam hostibus superatis, tandem athlete Christi superest, ut militet supra se, non <ad> expugnandum hostem; et est iocunda milicia in curis ad recreandum principem<sup>49</sup>. Militet ergo miles Christi iocunda milicia coram principe, *ascendens supra se ad cor altum*<sup>50</sup>. Rapiatur ergo ad summam deuotionem et Dei contemplationem in superiorem extasim, apotesosim, ad quam dicitur Paulus raptus <esse>, cum legitur *raptus usque ad tertium celum*, in quem dixit se ascendisse Iob, cum ait *Suspendium elegit sibi anima mea*<sup>51</sup>.

§ 10 Hodierna igitur sollempnitate in summa deuocione et alta Dei contemplatione militans exercitus congaudeat triumphanti et merito totus enim triumphans exercitus triumphat in theophania, sed triumphantis exercitus tres sunt cunei. Primus enim cuneus triumphat in epiphania, secundus triumphat in<sup>52</sup> iperfania, tercius cuneus in ipofania. Primi cunei tres sunt ordines: Primi enim triumphant cum sanctis Seraphim, secundi cum sanctis C<e>rubin, tercii cum sanctis Tronis. Secundi cunei tres quoque sunt partes<sup>53</sup>: Primi enim triumphant cum sanctis Dominationibus, secundi cum sanctis Principatibus, tercii cum sanctis Potestatibus. In tercio cuneo primi †...†<sup>54</sup> triumphant in theophania.

rus. Considera quod nudus egressus es de utero matris tuae, et nudus illuc reuerteris (Job I) und *Anhang 2*.

49 principem] *danach e (für est) expungiert*

50 *Ps 63(64),7*

51 *Vgl. Predigt Nr. 87 (= 75) über O Sapientia: Apotheosis est species extasis que recedit a naturali statu sursum ascendens. Hec autem uel contemplatur uel anagogizat. Contemplatur, quando quis pessumdatis sensibus immemor terrenorum totus est in deuotione et dilectione deo adherens totus hanelat ad desiderium eternorum. Ad hanc extasim raptus fuit apostolus, cum dicitur usque ad tertium celum, idest tertiam uisionem, raptus fuisse. Sic enim usum sensuum reiecerat ut, cum esset reuersus ad se, dubitaret an in corpore fuisset an extra corpus. De eadem extasi dicit Iob: Suspendium elegit sibi anima mea. Text auch in SIMON VON TOURNAI, *Les Disputationes*, S. 303. Dazu *Kap. 5.3*.*

52 in] *über der Zeile nachgetragen*

53 partes] *patres P*

54 *Hier wurde, vermutlich durch einen Zeilensprung beim Abschreiben, eine Passage ausgelassen, die analog zu den vorausgehenden etwa so gelautet haben könnte: triumphant*

§ 11 Dicitur autem theophania a »theos«, quod est deus, et »phanos«, quod est apparitio, quasi diuina apparitio uel manifestatio. Triumphant ergo omnes in Dei manifestatione. Est autem theophania, ut diffinit Iohannes Scotus, ex consequentibus signis et non substan<ti>ficis geni<i>s mentibus<sup>55</sup> ab imaginibus deffecatis superessentialis et diffinitive originis simplex reciproca manifestatio<sup>56</sup>. Theophania ergo est manifestatio Dei, qui<sup>57</sup> est summa origo omnium rerum et <non><sup>58</sup> diffinitiuu, quia est causa construens non perimens et superessentialis. Nullo enim natura genere concluditur<sup>59</sup>. Fit autem Dei manifestatio non geniis, <id est> causis naturalibus, substantificis ad esse conducentibus, sed signis consequentibus manifestatur Deus; *per ea enim que facta sunt, inuisibilia Dei* conspiciuntur<sup>60</sup>. (32r) Hec autem manifestatio non quibuslibet sit, sed mentibus defecatis, id est purgatis ab imaginibus. Vt enim ait Boetius <non oportet> contemplantem Deum ad imaginationem deduci, ut adesse instar alterius rei esse credatur. Ideo igitur hec manifestatio est simpla, cum Deus simpliciter in se ipso manifestatur, et reciproca in ipsum Deum conuersa, non ad aliud transiens, quasi alterius consideratione, cui Deus assimiletur, comparata<sup>61</sup>.

cum sanctis Uirtutibus, secundi cum sanctis Archangelis, tercii cum sanctis Angelis. Cuncti uero [...]. *Es ist kaum anzunehmen, dass in der ursprünglichen Predigt die drei ordines vergessen wurden und gleichzeitig die theophania nur der dritten Triade zugeschrieben wurde.*

55 mentibus] merentibus P

56 *Die größten textlichen Übereinstimmungen finden sich in ALAIN VON LILLE, Summa »Quoniam homines«, II, 1, 144, S. 282: Theophania enim dicitur diuina manifestatio, a theos quod interpretatur Deus, et phanes quod interpretatur apparitio. Theophania autem est ex consequentibus signis non ex substantificis geniis mentibus ab ymaginibus defecatis superessentialis et diffinitive originis simpla et reciproca manifestatio. Große Ähnlichkeit besteht auch mit DERS., Hierarchia, S. 228, zu einem geringeren Teil mit DERS., Expositio prosae de angelis, S. 205.*

57 qui] que P

58 Vgl. den Wortlaut in *Anm. 61*.

59 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 144, S. 282: Sequitur: superessentialis et diffinitive originis. Deus dicitur origo, non quod oriens sed quod oriri faciens. [...] Non enim Deus est origo diffinita, quia nec est diffinitus tempore nec loco nec genere.*

60 Röm 1,19–20. Vgl. auch *Kap. 5.3*.

61 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 144, S. 282f.: De Deo autem non habetur cognitio per causam; [...] set per effectus consequentes ad causam aliquid probamus de Deo: per rerum essentialium, probamus Dei potentiam, per rerum pulcritudinem sapientiam, per ordinem benivolentiam. Et ita theophania est manifestatio de Deo proueniens ex consequentibus signis, id est ex effectibus qui tamquam signa consequentia consecuntur ad causam; et non ex substantificis geniis, id est non ex substantialibus*



Omnes ergo communiter triumphant<sup>62</sup> in theophania, in predicta Dei manifestatione summa deuotione et gaudio contemplantes Deum in se ipso.

§ 12 Primus autem cuneus triumphantium triumphat in epifania<sup>63</sup>. Dicitur autem epifania ab »epi«, quod est supra, et »fanos«, quod est manifestatio, quasi superior Dei manifestatio. Ut Iohannes Scotus deffinit epifania ministeriis incalcentis affectionis altioris intuitus iudiciiue libra resultatio distributa<sup>64</sup>. Sunt enim celestes spiritus in quibus resultat lux diuina, sed distincte. In quibusdam enim<sup>65</sup> resultat a Deo, ut incorporaliter accedantur in summa Dei dilectione, quam intelligimus per incalcentem affectionem. Hii autem dicuntur

naturis; genius enim interpretatur natura. Per substantificos ergo genios intelligimus naturas substantiales que sunt substantifice, quia faciunt substantiam esse mentibus ab imaginibus defecatis; ut enim ait Boetius in libro de trinitate cum de Deo ratiocinamur non oportet nos deduci ad ymaginationes; non enim cum de Deo cogitamus oportet nos eum imaginari tamquam aliquod existentium, sed potius ab eo removendo quod de aliis dicitur enim ab aliis rebus eligimus et eligendo removemus. Et si oportet mentem humanam in Dei contemplatione esse ab imaginibus defecata, multo magis mens angelica ab imaginibus est relegata. [...] Et diffinitive. Elegantiue dicitur diffinitive quam diffinitive. Non enim Deus est origo diffinita, quia nec est diffinitus tempore nec loco nec genere. Simpla et reciproca manifestatio [*Unterstreichungen AG*]. Cognitio uero de Deo simplex est, quia nec circa corporalia uertitur, nec de incorporeis est in quibus est compositio forme set circa Deum uertitur a quo relegata est omnis species compositionis. Set quia potest esse simpla manifestatio de Deo et tamen cum imaginaria et non reciproca, qualis est in hominibus qui non habent cognitionem de Deo nisi per medium et quasi per speculum, in enigmat; per ea enim que facta sunt invisibilia Dei conspiciuntur, angeli autem non habent cognitionem per medium sed facie ad faciem uident Deum sine interpositione medii, quasi et in se uident Deum et in Deo se; unde in descriptione ordinis angelici dicitur theophanie simplicis et non imaginarie, id est reciproce. Theophania enim que in hominibus est, imaginaria est quia per imaginabilia et caduca datur homini de Deo cognitio.

62 triumphant] *korrigiert aus triumphans, s expungiert, darüber t*

63 *Am Rand*: Nota quid epiphania

64 *Dieser Abschnitt weist mit ALAIN VON LILLE, Expositio prosae de angelis, S. 207, die meisten Übereinstimmungen auf*: Epiphania est illa excellentior Dei visio, secundum quam tres superiores ordines angelorum, scilicet Seraphin, Cherubin, Throni Deum contemplantur; unde ab »epy«, quod est supra, et »phanes«, quod est visio, epiphania quasi »superior Dei visio« nuncupatur. Hec sic a Iohanne Scoto describitur: »Epiphania est ministeriis incalcentis affectionis, altioris intuitus, iudiciiue libra manifestatio distributa«. *Siehe auch DERS., Hierarchia, S. 229 und DERS., Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 283. Eine solche Definition findet sich bei Johannes Scotus Eriugena nicht. Dazu Kap. 5.3.*

65 enim] *am Rand*

tur Seraphin<sup>66</sup>, eo quod ardeant feruentissimo Dei amore. Seraphin enim interpretatur totus ardens resultatione Dei in se facta. Hoc officium sortiuntur, ut eorum ministerio prouocentur homines, dum sunt in uia, ad feruentem Dei dilectionem<sup>67</sup>. Qui, cum a corpore soluuntur, ut ait Origenes, <cum> sancti<s> Seraphin congregantur, triumphantes cum eis<sup>68</sup>.

§ 13 Sunt alii spiritus celestes, in quibus resultat Deus a Deo, ut plenam de eo cognitionem assequantur, que dicitur altior intuitus. Hii autem dicuntur Cherubin, quia pleni sunt diuina scientia. Cherubin interpretatur plenitudo scientie. Deputantur autem huic ministerio, ut fideles, dum in uia sunt, in Dei cognitione inducant<sup>69</sup>. Qui exeant de carcere corporis triumphant, triumphant in ordine sanctorum Cherubin.

§ 14 Sunt quoque spiritus celestes, in quibus Deus resultat in tantum, ut profunditatem Dei iudiciorum attingant, quare Iacob elegerit, (32v) cum nichil boni adhuc fecisset, et Esau reprobauit, cum nichil aliud egisset mali. Quia ergo iudicia Dei attingunt, dicuntur Throni. Thronus enim est sedes iudicis. Hii autem excepto officio inducunt homines in scientiam et usum rectione iudicandi, quorum<sup>70</sup> ut anime, cum exeunt de corpore, triumphant cum Thronis<sup>71</sup>.

66 Das i von Seraphin ist mit einem Kürzungsstrich versehen, der hier mit n aufgelöst wird, analog zur ausgeschriebenen Schreibweise von Cherubin und zur auf fol. 32v vorhandenen Schreibweise Seraphin. Alain erklärt den Unterschied wie folgt: ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«*, II, 1, 145, S. 283f.: Et nota quod hec nomina cherubim et seraphim et consimilia scripta per M sunt masculini generis et pluralis numeri; scripta per N pluralis numeri et neutri generis. Sed hec vero scripta per M notant aliquod de ordine; unde in exodo legitur: fecit duos cherubim productiles. Per N vero scripta notant totum ordinem; unde in missa canitur: cherubin ac beata seraphin, per N non per M. In singulari autem reperitur cherub et seraph, ad significandum unum de ordine. Siehe dazu Kap. 5.3.

67 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«*, II, 1, 145, S. 283: Seraphim ordo angelicus huic officio deputatur ut homines ad ardorem Dei et dilectionem inuret; unde et seraphim quasi ardens dicitur, quia seraphim ardens interpretatur. Nec solum ideo dicitur seraphim quia magis ardeat in Deo dilectione, set quia specialiter prefato officio deputatur.

68 Eine entsprechende Aussage des Origenes konnte nicht gefunden werden. Vgl. hierzu Kap. 5.3.

69 inducant] iudicant P. Vgl. aber die folgenden Passagen, die alle inducere beinhalten. Diese Passage über die Cherubin weist die größten Übereinstimmungen mit ALAIN VON LILLE, *Hierarchia*, S. 231, auf: Illi ergo angeli qui post primum ordinem pleniorum habent scientiam et huic deputati sunt officio ut homines moneant ad diuinorum intelligentiam ordinem constituunt qui dicitur Cherubin. Cherubin autem plenitudo scientie interpretatur. Unde ordo ille a plenitudine scientie nuncupatur. Illi autem sancti qui sacre pagine student intuitu Dei in hoc ordine erunt.

70 quorum] auf Rasur

71 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Expositio prosae de angelis*, S. 207f.; DERS., *Hierarchia*, S. 231f.; DERS., *Summa »Quoniam homines«*, II, 1, 145, S. 284.

§ 15 Resultatio ergo Dei distribuitur ministerio incalescentis affectionis quantum ad Seraphin, ministerio altioris intuitus quantum ad Cherubin, iudicii libra quantum ad Thronos. Ut ergo ait Origenes in Peri Archon<sup>72</sup>: Cum sanctis Seraphin triumphant ueri amantes, cum sanctis Cherubin ueri sapientes, cum sanctis Thronis equi iudices. Triumphant ergo isti in epiphania, superiore theophania.

§ 16 Secundus autem cuneus triumphat in iperfania, media theophania. Dicitur autem ab »iper«, quod est inter, et »fanos«, quod est manifestatio, quasi medium inter superiorem epiphaniam et inferiorem epifaniam. Est autem, ut ait Iohannes Scotus, iperfania diuina contemplatio sui participem insigniens scalari reuerentia usumque eius edocens arcensque contrarium<sup>73</sup>. Sunt enim spiritus celestes, qui Deum contemplando exhibende reuerentie scientiam consequuntur, ut sciant quibus et a quibus, ubi et quando et quomodo reuerentia sit exhibenda. Qui enim<sup>74</sup> dicuntur Dominationes, quasi dominorum scientiam habentes, deputati ministerio inducendi fideles in scientiam exhibendi reuerentiam. Qui cum de seculo migrant, cum Dominationibus triumphant<sup>75</sup>.

§ 17 Sed quia »potestas habere scientiam« et non usum exhibende reuerentie, sunt alii spiritus, qui Deum contemplando sequuntur usum exhibende reuerentie et dicuntur Principatus, ex officio inducentes fideles in usum obsequendi principibus et prelati exhibendi reuerentiam et obedientiam seruandam<sup>76</sup>. Hii, cum exeunt a corporibus, triumphant cum Principatibus.

72 Wie *Anm.* 68.

73 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Expositio prosae de angelis*, S. 208f.: Extat Yperphania »diuina contemplatio sui participem insigniens scalari reuerentia, usumque eius edocens, arcens contrarium«. [...] Yperphania autem dicitur quasi »media visio«, ab »yp«, quod interpretatur inter, et »phanes«, quod est visio. Media est enim inter superiorem et inferiorem. Vgl. auch DERS., *Hierarchia*, S. 232 und DERS., *Summa »Quoniam Homines«*, II, 1, 145, S. 284. Siehe auch *Anm.* 64.

74 Qui enim] quia non P

75 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«*, II, 1, 145, S. 284: Dominationes dicuntur ordo ille angelicus qui huic officio deputatur ut nos invitet ad exhibendam reverentiam et obedientiam maioribus; unde et ordo ille dominationes dicitur, et inferioribus ordinibus imperat et ad obediendum dominis nos invitat. Vgl. auch DERS., *Expositio prosae de angelis*, S. 208, und DERS., *Hierarchia*, S. 233.

76 seruandam] seruando P. Vgl. aber unten § 24: In quinto gradu cum sanctis Principatibus ueri obedientes in seruanda obedientia. Am meisten Übereinstimmung mit ALAIN VON LILLE, *Expositio prosae de angelis*, S. 209: ordo, qui translative Principatus appellatur. Sicut enim in ciuitatibus quidam sunt principatus qui inferiores ad reuerentiam et ad reuerentie formam monent, ita, ordo ille, ut iam dictum est, hominibus formam reuerentie insinuat. Vgl. auch DERS., *Hierarchia*, S. 233, und DERS., *Summa »Quoniam homines«*, II, 1, 145, S. 284.

§ 18 Sed quia demones nunc uident fideles paratos obedire, ab obedientia nituntur eos retrahere. Ideo sunt quidam<sup>77</sup> celestes spiritus, qui Deum contemplando potestatem sortiuntur arcendi demones, ne ab (33r) obedientia retrahant fideles. Unde dicuntur Potestates; ex officio inducunt fideles in hoc ministerium, ut exorcismis et a fidelibus demones abigant. Hii autem exorciste post exitum triumphant cum Potestatibus<sup>78</sup>.

§ 19 Est ergo iperfania diuina contemplatio sui participem insigniens sculari<sup>79</sup> reuerentia quantum ad Dominationes, usumque eius edocens quantum ad Principatus, arcensque contrarium quantum ad Potestates<sup>80</sup>. Unde, ut ait Origenes, in sanctis Dominationibus triumphant regularem scientiam docentes, cum sanctis Principatibus ueri<sup>81</sup> obedientes, cum sanctis Potestatibus ueri exorciste demonia pellentes. Triumphant ergo secundus cuneus in iperfania, media teophania.

§ 20 Tercius cuneus triumphat in ipofania. Dicitur autem ab »ipos«, quod est sub, et »fanos«, quod est manifestatio, quasi ultima manifestatio. Est autem ipofania, ut Iohannes Scotus ait<sup>82</sup>, diuinum parti<ci>pium nature legibus occurrens, archana reseruans<sup>83</sup> pro discreta capacitate<sup>84</sup>. Sunt enim quidam celestes spiritus, qui participant Deo et ex eo consequuntur<sup>85</sup> officium faciendi miracula preter solitum cursum nature et ob hoc dicuntur Uirtutes. Deputantur autem officio inducendi fideles in ministerium faciendi miracula, ut religiosorum mini-

77 quidam] *danach* sunt expungiert P

78 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 284*: Potestates dicitur ordo angelicus huic usui destinatus ut arceat aerias potestates, id est demones ne iuxta voluntatem suam homines temptare vel decipere possint. Unde et ordo ille potestates nuncupatur quia arcet aerias potestates. *Siehe auch DERS., Hierarchia, S. 233, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 209.*

79 sculari] *scolari* P

80 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 284*: Igitur yperphania est diuina illuminatio id est de Deo cognitio, sui participem insigniens, quia qui huius illuminationis particeps est altiori intelligentia insignitur; sculari reuerentia, quantum ad dominationes, usum edocens quantum ad principatus, arcensque contrarium quantum ad potestates. *Siehe auch DERS., Hierarchia, S. 234, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 209.*

81 ueri] *am Rand*

82 Vgl. *Anm. 64.*

83 reseruans] *möglicherweise ein Abschreibfehler von reuelans. Siehe Anm. 84.*

84 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285*: Ypophania est diuinum [korr. aus dicinum] participium nature legibus occurrens, archana revelans, pro discreta capacitate. *Siehe auch DERS., Hierarchia, S. 234, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 209.*

85 consequuntur] *consequenter* P

sterio in terris multa miracula facta leguntur, qui<sup>86</sup> cum Uirtutibus triumphant post exitum a corporibus<sup>87</sup>.

§ 21 Sunt alii, qui participio<sup>88</sup> Dei deputantur officio nunciandi maiora, ut *Ecce uirgo concipiet et pariet filium* et dicuntur Archangeli, quasi maiores nuncii, ab »archos«, quod est princeps<sup>89</sup> et »angelus«, quod est nuncius<sup>90</sup>. Inducunt autem ex officio fideles, ut maiores prophetas, in ministerium prophetandi maiora, qui, cum a corporibus recedunt, triumphant cum Archangelis.

§ 22 Sunt alii spiritus celestes, qui participando manciantur officio perdicendi minora. Vnde dicuntur simpliciter Angeli, id est nuncii, et inducunt fideles, ut prophetas minores, in mi<ni>sterium predicendi minora, qui, cum de uita decedunt, triumphant cum (33v) Angelis<sup>91</sup>.

§ 23 Ipofania igitur est diuinum participium nature legibus occurrens quantum ad Uirtutes, archana reseruans pro discreta capacitate quantum ad Archangelos, qui maiora, et Angelos, qui minora denunciant<sup>92</sup>. Igitur, ut ait Origenes, cum Uirtutibus triumphant miracula facientes, cum Archangelis maiora prophetantes, cum Angelis minora denunciantes. Tercius ergo cuneus triumphat in ipofania, scilicet ultima teofania.

§ 24 Attendite ergo auditores, quia hec distributio ordinum angelorum est aurea cathena Homeri<sup>93</sup>, est etiam scala Iacob, quam uidet petra supponita capiti, in qua uidet ascendentes et descendentes exercitus triumphant<sup>94</sup>. In primo etiam gradu cum sanctis Angelis sunt prophete denunciantes minora. In secundo gradu cum Archangelis sunt maiores prophete prophetantes maiora. In

86 qui] que P

87 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285; DERS., Hierarchia, S. 234, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 210.*

88 participio] participio P

89 princeps] principis P

90 Vgl. ALAIN VON LILLE, *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285; DERS., Hierarchia, S. 234, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 210.*

91 Vgl. DERS., *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285; DERS., Hierarchia, S. 235, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 210.*

92 Vgl. DERS., *Summa »Quoniam homines«, II, 1, 145, S. 285: Hii tres inferiores ordines in predicta descriptione comprehenduntur cum dicitur ypofania est diuinum participium; bene diuinum participium quia per huius cognitionem sunt spiritus celestes participes Dei nature; legibus occurrens, quantum ad uirtutes; archana reuelans pro discreta capacitate, quantum ad archangelos et angelos quia secundum quod capaciores sunt archangeli maiora reuelant, secundum quod minus capaces angeli minora. Siehe auch DERS., *Hierarchia, S. 234, und DERS., Expositio prosae de angelis, S. 209.**

93 Homeri] homini P (*Buchstabenbefund: hoi mit Kürzungsstrich. Vgl. MACROBIUS, In somnium Scipionis, 1, 14, 15, S. 58. Dazu Kap. 5.3.*)

94 Gen 28,11–12

tercio gradu cum sanctis Uirtutibus sunt sancti fideles facientes miracula. In quarto gradu cum sanctis Potestatibus<sup>95</sup> sancti exorciste expellentes demonia. In quinto gradu cum sanctis Principatibus ueri obedientes in seruanda obedientia. In sexto gradu cum sanctis Dominationibus ueri doctores in regulari scientia. In septimo gradu cum sanctis Thronis ueri iudices, qui equa tulere iudicia<sup>96</sup>. In octauo gradu cum sanctis Cherubin ueri sapientes in diuina sapientia. In nono et ultimo gradu cum sanctis Seraphin ueri amantes, qui accenduntur in Dei dilectione toto corde, totis uiribus, tota anima.

§ 25 Huic ergo ecclesie triumphanti hodie congaudet militans ecclesia summa deuocione proclamans: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabahot, pleni sunt celi* etc. Militans ergo est hodie, congaudet triumphanti, sed die crastina compatietur stipendia expectanti, sed uera compassio probetur suffragio. Suffragentur ergo militantes stipendia expectantibus. Quid igitur minus fecere mortui dum uiuerent, suppleant pro eis uiui dum supersunt. Stipendia expectans, dum uiueret, tenebatur ad tria. Ad orandum, ad corpus castigandum, ad elemosinas erogandum; que, quia minus fecerunt, (34r) superstites tenentur ad ea supplenda. Due enim sunt partes hominis: Anima, que ex oratione excitatur, quasi ala extollitur in deuocionem. Alia pars hominis est corpus, quod mole graue est, sed leuigatur castigatione et extenuatur, ut iam leuius quasi ala quadam sursum tollatur. Iste sunt due ale, de quibus dictum est: *Quis dabit mihi pennas et uolabo et requiescam*<sup>97</sup>. Sed ale, que dissolute sunt nec humero coherent, non defferunt sursum auiculam<sup>98</sup>. Tercium ergo necessarium est tanquam humerus, scilicet elemosinarum largitio, cui cohereant oratio et corporis castigatio. Hiis tribus ergo inpensis pro eo efferetur stipendia expectans sursum tanquam aquila, que irreuerberatis luminibus uidet solem, quia uidebit Deum facie ad faciem.

§ 26 Hoc est ergo quod clamo, quia Dominus est Deus Sabahot, id est exercituum militantis, triumphantis, stipendia expectantis. Clamo quoque *Domine*, quia *celi sunt pleni*, id est fecundi, *gloria tua*, id est sanctorum spirituum ordinibus et Sanctis triumphantibus, in quibus resultas<sup>99</sup> gloriosus, *et terra*, Domine, *plena est gloria tua*, id est fecunda religiosis militantibus<sup>100</sup> tuam gloriam predicantibus, tamen, Domine, licet *pleni sunt celi et terra*, plena *gloria tua*, multum tamen distat celum a terra et terrestres a celestibus. Terrestres enim sunt dubii

95 Potestatibus] Dominationibus P

96 Thronis–iudicia] *auf Rasur*

97 Ps 54(55),7

98 auiculam] aniculam P

99 resultas] *deutlich* res ultas in P

100 Zur Bezeichnung militia für den Klerus vgl. Kap. 6.2.

et in discrimine, celestes uero certi et in securitate. Ideo ergo, Domine, commemoro celum et terram, ut eruas nos a discrimine terre et constituas in celi securitate. Ergo, Domine, nos, qui sumus in terris, *osanna*, id est saluifica, *in excelsis*, id est in celis, ubi est omnimoda securitas ad quam per intercessionem omnium Sanctorum perducatur nos Iesus Christus, qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.